Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

gen' spermis.

rapiunt. repentia pedibus. scilicet ut lacerte. bonacce. Dicuntur autem bestie quasi vastie. a vastando. i. ledendo vel seviendo.

Queritur de quibusdam minutis animantibus que vel ex cadaveribus vel ex humoribus nasci solent. si tunc orta fuerint. quorum sex sunt genera. Quedam enim ex halationibus esse habent. ut bibiones ex vino. papiliones ex aqua. quedam ex corruptione humorum ut vermes et cistrus. quedam ex cadaveribus ut apes ex iuvencis. scarabei et scabrones ex equis. quedam ex corruptione lignorum ut teredones. quedam ex corruptione herbarum. ut tinee ex holeribus. quedam ex corruptione fructuum. ut gurguliones ex fabis. De his dicitur quia que sine corruptione nascuntur ut illa que ex halationibus tunc facta sunt. que non ex corruptionibus post peccatum ex rebus corruptis orta sunt. Queritur etiam de nocivis animantibus si sint creata nociva. vel primo mitia. post facta sunt homini nociva. Dicitur quod post facta fuerint homini nociva. tribus de causis. propter hominis punitionem. correctionem. instructionem. Punitur enim homo cum leditur ab his. vel cum timet ledi. quia timor maxima pena est. Corrigitur his. cum scit sibi ista accidisse de peccato suo. Instruitur ammirando opera dei. magis ammirans opera formicarum quam onera camelorum. vel cum videns hec minima sibi posse nocere recordatur fragilitatis sue et humiliatur. Sed dicitur quod quedam animalia ledunt alia. que nec in puniunt. vel corrigunt. vel instruunt. Sed ex his instruitur homo per exemplum. Quedam in ad hoc creata sunt ut aliis sint esum. Sed tamen dicent quod et in mortuos homines seviunt. sed in hoc quoque instruitur homo. ne aliquod genus mortis horreat. qua per quamcumque sciat meatur. nec capillus de capite eius peribit. Ad hunc modum queri solet de herbis et arboribus infructuosis si in diebus illis orta sint. cum scriptura non memoret nisi herbas seminales. et arbores fructiferas. Potest dici. quod que modo sunt infructuosa. ante peccatum fructum aliquem fecerunt. post peccatum nascuntur homini magis ad laborem quam ad utilitatem. Vel post peccatum orta sunt. quia post peccatum dictum est homini. spinas et tribulos germinabit tibi. vel quecumque terris inherent. faciunt fructum. i. utilitatem manifestam. vel occultam. Quod non piscibus et avibus dictum est. crescite et multiplicamini. et de his intelligendum est. licet non sit dictum. hec est enim causa communis creationis eorum omnium. De creatione hominis.

Deinde subditur de creatione hominis. sic. Faciamus hominem. et cetera. Et loquitur pater ad filium et spiritum sanctum. ut est quasi vox communis. trium personarum. Faciamus

et non tantum. Factus est autem homo ad ymaginem dei quantum ad animam. Hec ymago dei est in essentia et ratione eius. quia species est rationalis ut deus. Similitudo virtutibus. quia bona et iusta. sapiens. cum ymaginem prestitit homo quamvis illa sit in peccans. Similitudine non sepe privatur. Masculum et feminam creavit eos. hoc quantum ad corpus. tamen dicitur creasse propter animam. Eos autem dicit pluraliter ne androgeos. i. ermafroditos factos putaremus. tamen secundum corpus factus est homo quidam ad ymaginem dei. cum os homini sublime dedit. ut deum et celestia videat. et intueatur. Unde cum questum esset a quodam philosopho. ad quid factus esset. respondit ut contempler inquit celum. et celi numina. Dedit autem deus homini ut preesset ceteris animantibus. In quibus quoque notatur hominis dignitas. primo quod non solum factus est in genere suo ut predicta. sed et quia ymago dei est. secundo quia cum deliberatione factus est. In aliis siquidem operibus dixit et facta sunt. in hoc tamen quasi inter se deliberantes persone aiunt. faciamus. Tertio quod homo statuitur dominus animalium. ut esset et que futurum mortalem deus sciebat. in alimentum. indumentum et laboris adiumentum. Ante peccatum enim herbas et fructus arborum in escam deus dedit hominibus et animalibus. quod in colligitur quia ante peccatum nil noxium aut sterile terra produxit. Et nota quod in maximis ut in leonibus perdidit homo dominium. ut sciat se habuisse et amisisse. Et in minimis ut in muscis et dominium perdidit ut sciat vilitatem suam. In mediis habet dominium. ad solatium. et ut sciat se habuisse. Et benedixit eis sic dicens. De institucione coniugii.

Crescite et multiplicamini. quod quia sine coniunctione eorum fieri non potuit. patet quia deus coniugium viri et mulieris instituit. in quo confutantur quidam heretici. dicentes concubitum sine peccato fieri non posse. Si queritur quare ante peccatum date sint homini esce. cum esset inmortalis. dicimus quia inmortalitas illa in qua erat et cibis erat sustentanda. nec erat qualis illa que futura est. que cibis non indigebit. Illa enim erat posse non mori. hec erit non posse mori. Et vidit cuncta que fecerat. et erant singula per se bona distributive. sed in universitate erant omnia valde bona. sic oculus in animali pulchrior est quam separatus. Vel omnia erant valde bona. i. universitas bonorum erat optima. quia que in ea sunt in per se modo [illegible]. tamen aliis sunt in utilitate. ipse non summum est bonum. De homine non ut de ceteris dixit non dixit. Et vidit deus quod esset bonum. quia in primo sciebat lapsurum. vel quia non dum homo perfectus erat. donec ex eo fieret mulier. unde et post legitur. non est bonum esse hominem solum. De quiete sabbati et sanctificatione. cap. II.

IGITUR perfecti sunt celi et terra. et conclusio hoc est opm

Musce grandes que sonant volitantes.

Teredo teredinis est vermis qui nascitur ex putredine lignorum. tredo tredinis. est vermis putredo lignorum.

Sunt et bruci. quamdiu non valent volare. nuncupantur cum insidet consumuntur. unde bruchus quasi consumens. postea cum volare ceperint athelebi dicuntur ab aliis. postea locusta quasi longa hasta.

Virilis femina. andros. vir. gama. mulier. bigamus. i. duarum mulierum vir.